Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31706
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Si enim omne quod mouetur & uiuit ad uescendum factum est & preparatum gule, respondeant in cur elephanta. cur leones. ursi. leopardi. lupi. uiuere: scorpii. cimices. pulicesque. cur uultur. aquila. coruus. accipiter. cur coeti. delphines. phoce: minuteque coclee. condite sint. Quis nrm leonem. quis uulturem. ~~quis uulturem~~. quis uiperam. quis cyconiam. quis miluum. quis reptantes in litoribus unumquemque uermiculos comedit. Sic igitur hec propos usus habent. ita possum dicere: & ceteras bestias. pisces. aues. non ad esum. sed ad medicinas creatas. Denique carnes uipere: unde tyriaca conficitur. quantus reb; apte sint norunt medici. Segmenta eboris in medelas uarias assumunt: Fel leone oculorum restituet claritatem. Sterco eius & canum putrida curat uulnera. Et quod forsitan legenti mirum sit. hominum finem quantus proficiat curationibus gallienus in a tiaoic docet. diuinit phisisici. quod pellis colubri que exuitur decocta in oleo. mire dolorem aurium mitiget. Quid ita inutile uidetur nescientibus ut cymices. Si sanguisuga faucibus heserit. fumo eius excepto statim euomitur. & difficultas urine huius appositione laxatur. Porcorum aut & anserum & gallinarum fasianorumque adipes. quid comedi habeant. omnis medicorum declarant libri. quos si legeris. uidebis tot curationes in uulture esse quot membra sint. Laui finem podagre feruorem mitigat. Gruis. cycomie: fel aquile. sanguis accipitris. struthio. camelus. rane: cameleontes. hyrundinis sterco & carnes quibus morbis apte sint: dicere. si in propositum esset de medela corporum disputare: Legat qui uult aristotile. & theofiastum. psalmarcellum siditen. & nrm flaccum ex ametis uersibus differentes. plinium quoque sedim & dioscoriden. & ceteros tam phisicos quam medicos. quia nulla herbam. nullum lapidem. nullum animal. tam reptile quam uolatile. & natatile. non ad sue artis utilitatem referant. Ignoscum in dixeris cur porcus creatus esset. statim respondebo puerorum more certantium. cur uiuere. cur scorpii. Hec dum superfluorum iudicabis artificem. quia plurime bestie & uolucres sunt quas tue fauces recusent. Si ne contentiosum hoc & pugnans uideatur esse quam uerum. audiuidcuro sues & apros. & ceruos. & reliquas animantes creatas. ut milites. athlete: naute: rethores. metallorum fossores. & ceteri duro opi mancipati. haberent cibos. quibus fortitudo corporum necessaria est. qui portant arma & cibaria. qui pugnis & calcibus inuicem sua membra debilitant. qui remos trahunt: quorum latera ad clamandum dicendumque sint ualida. qui subueruis montes. & sub udo ymbrium dormiunt. Ceterum nisi religio non pec

De medicinis ex omnibus malibus supra. quas deus reduxit ad medicinas non ad abu eorum